



SACRA

LITURGIA




1

<sup>A</sup>  
BX1999

.A3

V35

v.1



EX LIBRIS  
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ  
Episcopi Leonensis



1080016170

SACRA LITURGIA

Tomus I. Tractatus de officio et de rebus  
Tomus II. Tractatus de rebus  
Tomus III. Tractatus de rebus  
Tomus IV. Tractatus de rebus  
Tomus V. Tractatus de rebus

SACRA LITURGIA

Tomus I. Tractatus de officio et de rebus  
Tomus II. Tractatus de rebus  
Tomus III. Tractatus de rebus  
Tomus IV. Tractatus de rebus  
Tomus V. Tractatus de rebus

✧ Miguel Echeverria. ✧  
S. Contiliar.  
Mdx.

H

## SACRA LITURGIA

- TOMUS I. Tractatus de Officio divino seu de Horis canonicis. Editio altera. 1904.
- TOMUS II. Tractatus de Rubricis Missalis Romani. Editio altera. 1902.
- TOMUS III. Tractatus de celebratione Sanctissimi Missæ Sacrificii. 1902.
- TOMUS IV. Tractatus de administratione Sacramentorum et de Sacramentalibus. 1900.
- TOMUS V. Cæremoniale, seu Manuale ad functiones sacras solemnes rite peragendas. Editio altera. 1903.

Cum duo præcipue in sacerdote et animarum pastore requirantur, probitas videlicet et doctrina, earum utraque in Seminario est comparanda.

S. CAROLUS BORROMÆUS, INSTIT. SEMINARIJ,  
Part. 3. Cap. I.

# SACRA LITURGIA

TOMUS I

## TRACTATUS

DE OFFICIO DIVINO SEU DE HORIS CANONICIS

AD USUM ALUMNORUM  
SEMINARIJ ARCHIEPISCOPALIS MECHLINIENSIS

OPERA

J. F. VAN DER STAPPEN

EPISC. TITUL. JOPPEN., AUXIL. EMI AC RMI DNI PETRI LAMBERTI  
CARD. GOOSSENS, ARCHIEP. MECHLIN.  
SACRÆ LITURGÆ ACADEMIÆ ROMANÆ CENSORIS

EDITIO ALTERA

MECHLINÆ.

H. DESSAIN,

SUMMI PONTIFICIS, SS. CONGREGATIONUM RITUUM ET DE PROPAGANDA  
FIDE NECNON ARCHIEP. MECHL. TYPOGRAPHUS.

1904



UNIVERSIDAD DE NUEVA LEÓN  
Biblioteca Valverde y Telles  
44303

BX 1999

.A3

V35

V.1



## PETRUS LAMBERTUS

TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM S. R. E. PRESBYTER  
CARDINALIS GOOSSENS,

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS MECHLINIENSIS  
PRIMAS BELGII

Omnibus has visuris salutem in Domino.

Tractatum *De Officio Divino seu de Horis Canonicis*, opera Illmi ac Rmi Dñi J. F. VAN DER STAPPEN, Episcopi titul. Joppen. Auxiliaris Nostri concinnatum, pro egregiis quibus pollet dotibus libenter approbamus, et non tantum Seminarii nostri alumnis, sed et omnibus Diœcesis nostræ viris ecclesiasticis enixe commendamus. Perspicua methodo et ad normam recentiorum Decretorum quæstiones de Officio Divino tractavit Illmus Auctor, Sacræ Liturgiæ peritissimus. Non modicum conferet istud opus ut probe intelligatur et rite recitetur publica oratio quæ ab Ecclesiæ ministris nomine totius fidelium cœtus Deo quotidie offertur.

Mechliniæ, die 28 Decembris 1903.

† P. L., CARD. GOOSSENS, *Arch. Mechl.*

De Mandato Emi ac Rmi Dñi Cardinalis Archiepiscopi.

F. VAN OLME, *Secret.*



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Venerabili Fratri JOSEPHO Episcopo Titulari Joppeno  
eidemque Auxiliari Archiepiscopi Mechliniensis

PIUS PP. X.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Exhibuit tuo nomine Nobis dilectus filius ab epistolis Nostris ad Principes libros de re lithurgica quinque, quos ipse haud ita pridem edidisti ut eam publice doctrinam efferres quam in sacro seminario Mechliniensi tradidisti. Nos quidem valde delectat quod ipso in exordio Pontificatus Nostri praeclarum opus de divino peragendo cultu, pluribus auctum, iterum emiseras; in id enim navitatem tuam egregie contulisti in quo Nostræ quoque curæ magnam partem evigilant. Porro erudite atque accurate condita esse volumina magnopere gaudemus, minimeque dubitamus quin magisterii tui fructus non modo Mechliniæ, verum etiam apud cetera seminaria uberes ac laeti parentur. Votis idcirco atque optatis tuum opus prosequimur, illudque ut manibus clericorum versetur, omnique per-

007501

volutetur studio exoptamus. Quam profecto sollicitudinem si penes eos, quos instituendos acceperint, Episcopi ceterique Ecclesiae antistites alendam curaverint, multum inde et sacrorum doctrina rituum, et augustissimarum reverentia rerum, et templi sacerdotiique decus sine dubitatione proficient. Haec autem quia plurimi interest in Ecclesia Christi fovendi, amplificari, expedita atque explicata reddi, debitam propterea laudem alacritati tuae ac diligentiae tribuimus, simulque enixe te hortamur ut ad Religionem sacrasque disciplinas provehendas maiorem in dies industriam, novosque studiorum fructus conferre ne desinas. Auspicem coelestium gratiarum Nostraeque benevolentiae testem Apostolicam Benedictionem amantissime tibi impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XIV. Martii  
Anno MDCCCIV. Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. X.

# SACRA LITURGIA

## NOTIONES PRÆVIÆ

### ARTICULUS I

#### De Sacrae Liturgiae definitione, objecto, valore et obligatione

Q. I. *Quæ est vocis Liturgia primitiva significatio?*

R Nomine Liturgiæ, quæ vox originis græcæ (λεῖτον, ἔργον) proprie quodcumque publicum ministerium denotat, et in Sacra Scriptura determinatam magis atque restrictam habet significationem ministerii publici sacri, in Ecclesia a primis sæculis designabatur Sacrosanctum Missæ Sacrificium, cujus celebratio est ministerium eminenter publicum et sacrum, centrumque totius Catholici cultus; et quidem apud Græcos strictius ea Missæ pars quæ proprie Canonem completitur.

Est autem notatu dignum, a Græcis Patribus, dum voce Liturgia ad designandum Eucharisticum Sacrificium utuntur, adjici solere epitheton sacra vel mystica, contrario occurrente usu apud Latinos Patres, quibus frequens est sensum eundem nullo adjecto epitheto exprimere.

Idem Liturgiæ nomen a primitiva hac significatione ad ipsum contextum et ordinem lectionum, precum ac cæremoniarum quæ in offerendo Corporis et Sanguinis Domini Sacrificio adhiberi solent, translatum deprehendimus. Atque tot sunt Liturgiarum genera, quot ordines hujusmodi inveniuntur: hinc Liturgiæ SS. Jacobi, Marci, Basili, Chrysostomi, in Ecclesia Orientali; — Romana, Ambrosiana, Mozarabica, in Ecclesia Occidentali.

Obsolevit autem usus quo vox Liturgia ad designandum Missæ Sacrificium restringebatur primis Ecclesiæ sæculis, et Liturgia in Ecclesia Latina eam significationem jam dudum accepit quam hodie habet. Quamvis enim Sacrosanctum offerre Sacrificium principale sit munus publice in Ecclesia Dei a sacerdotibus obeundum; cum tamen Horas canonicas persolvere, Sacramenta conferre et administrare, et reliquas ecclesiasticas functiones peragere, publica quoque sint ministeria ab iisdem exercenda; hinc Ordo in his omnibus servandus hodie Liturgia nuncupatur.